

PRAEFATIO

sunt ii. 118 -quando rem p. M. Antoni om. V, ix. 2 quam in Ser. Sulpicio re- om. V¹. In exemplari erat, nisi fallor,

ii. 118		ali
	quando rem p. M. Antoni (17)	
	quibus	

ix. 2		iustior
	quam in Ser. Sulpicio re (19)	
	perietur	

Versiculum bis omisit librarius. Eodem tendunt sescenta menda, velut viii. 9 *invitus dico, sed dicendum est: hasta Caesaris*

V habet		inuitus
	dico ha sed dicendum est ista	
	Caesaris	

In exemplari erat, ut videtur,
inuitus dico

sed dicendum est ista (18) *mg.* ha

Correctio *ha* alieno loco inserta est.

Oritur nunc ratio quaedam arithmetica, quae locis qui sine sententiae damno omitti possunt opitulari videtur, velut i. 27 *quam in re p. semper habui* (20) om. V¹, § 29 *qui es mihi carissimus* (19) om. V¹.

Et V et D ab eodem archetypo deductos esse testantur menda quaedam communia, velut v. 10 *ae] ae V: a t: ocae s: hae b.* viii. 28 *usi] i Vt: sed s¹: si s²: om. n.* Maximi momenti videtur quod ii. 93-6 *sunt ea quidem . . . acta defendimus* om. D, ante *sunt ea quidem* in V est varia quaedam lectio, quae ad sententiam quae post *acta defendimus* sequitur pertinet.¹ Veri simile est §§ 93-6 archetypi

¹ Post *defendimus* suo loco legitur in VD, *Quid ego de commentariis infinitis, quid de innumerabilibus chirographis (cyro-V) loquar?*